



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 14. Correcti apud Ciceronem Annij versus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

rendum putare. quanquam enim mihi nouum erat illud nomen; tamen ne eam quidem varietatem aut diuisulam, aut contemnendam esse ducebam. Neper ergo cum Apollodori bibliothecam, quæ tunc primum in meas manus venerat, percurrerem: in ipso statim principio hæc ceperi: Ουρανὸς πατὴρ οὐρανῶν καὶ γῆρας δόξουσιν. γῆρας δὲ γῆρας, ἀτέκνωσεν παῖδας τῶν ἰσχυροῦς ἀποσπασθέντας, Βερέων, Γύνη, Κοῖον. quæ uerba ita reddidit Benedictus Ægius Spoletinus: Cæsar primus orbis uniuersi imperio præfuit. qui ducta uere Tellure priores ex ea filios sustulit, quos Centiminos appellarunt, Briareum, Gyan, ac Cæum. quibus apud Hesiodum in iis, quos citauimus, uersibus, quædam optima notæ exemplaria non Γύνης habent, sed Γύνης

Correcti apud Ciceronem Ennij uersus.

CAPVT XIII

ENNII uersus de Q. Fabio Maximo ita uulgatus apud Ciceronem legitur:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo postq̄, magisq̄, uiri nunc gloria claret.

sed in multis ueteribus libris eorum postremus ita scriptus est,

Ergo magisq̄, uiri nunc gloria claret.

ut valde uerear, ne quis, ut uersum, ad cuius memoriam aliquid deesse uidebat, expleret, de suo addiderit illud, *postq̄.* ego autem potius crediderim, illud, *magisq̄,* geminandum esse. non raro enim contigit, ut eæ uoces, quæ geminandæ erant, semel tantum ab imperitis librariis ponerentur. notum est autem, magis magis, & magis magisque, sæpe ab antiquis scriptoribus

tibus dici, pro quo Ennius fortasse dixerit, magisque
magisque. ut sit simile illi Catulliano:

*Omnibus inq; locis celebretur fama sepulti:
Clarescatq; magis mortuus atque magis.*

*Ecquid adhibenda sint in conuiuiis acroamata, an
minus.* CAPVT XV.

RECTE ne faciant an secus, qui tibicines, aut ci-
tharædos, aut alia id genus acroamata in con-
uiuio adhibēt, meritò ut dubitati posse videatur, duo-
rum in philosophia summorum hominum hac de re,
ut videtur, dissentientium facit auctoritas. Nam apud
Platonē in Protagora Socrates abiectos modò, & im-
peritos, & circumforaneos homines id facere solitos
dicit: qui cum eam vim non habeant, ut urbana aliqua
& eleganti colloquutione tempus illud epularis accuba-
tionis traducere, & mutuis sermonibus animos suos
hilarare possint, eius rei remedium à mimis, & ab hi-
strionibus, & à vocum fidiu inue cantibus petunt. at
quas ad epulas boni & eruditi conuiuia conpenerint,
in eis neque tibicinam, neque psaltriam audiri, neque
saltatricem spectari vllam: ablegatis eos eiusmodi nu-
gis atque ineptiis, modestè inter se & hilarè colloqui:
neque vnquam deesse ipsis de quo sermones iucundis-
simos conserant, etiam si multam in noctem conui-
uium producat. itaque ex illo nobili apud Agatho-
nem conuiuio eicitur tibicina, & aut sibi, aut mulie-
ribus canere iubetur. At herculè alumnus eiusdem
disciplinæ Xenophon in id conuiuium in quo & So-
crates esset, & Antisthenes, & alij sapientia præstan-
tes viri, non modò Philippum excitandi risus artifi-
cem induxit, verùm etiam sublatis epulis, Syracusa-
num illum comessatorem cum tibicina, & saltatrice,

K 4 & for-

Mureti
via Lectione
LII
28